



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

VI. Iac. Sadolet. S.R.E. Cardin Ioan. Baptistæ Speciano S.P.D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

libera vobis, vt eisdem etiam mecum & studii & curae participare possitis. Quanquam non tam hoc petere, quam me vobis gratias agere oportet: tanta mihi satisfaciendi voluntas in literis delectata. Cuius ego certe memoriam perpetuo conseruabo. Vale mihi scriberet, & tibi ita persuade, me si facultas & occasio affuerit, hanc rem semper fore & amplificatorem tuae dignitatis. A. Carpentoracli, Pridie Idus Ianuarij, M.D.XL.

VI.

IAC. SADOLET. S. R. E. CARDIN. IOAN.

Baptista Speciano S. P. D.

Quod tua natura & consuetudo erga amicos postulat, factum est hoc & sepe & libenter, vt absens te absentem meis cogitationibus proponam: gratiamque recordationem vsurpem, cum vana tua, tum mutua beneuolentia nostra. Quia illum quocumque ego postremo fuimus vnâ, sermonemque totum, quem conuicias inter nos, in memoria semper habeo: cum tu mihi Carpentoracli redeunti ad portam Mediolani in diuersorio praefixi hanc meam que primo amicissimè conquestus, quod non inuenirem in vrbem: quod nec tuo, nec summi viri fortissimiq; ductu in domo hospicio essem vsus: cum tibi mei facti atque conuicias attulissem, consulisti boni: ad eaq; officia mihi inueniendi conuertis, quae maximè tempus illud meum, & irriter periculorum quae impendebant, ratio requirebat: nihil praesens illi, quod vel in me adiuuando, studium tuum atque amentem vel in docendo & commonefaciendo, prudentiam desiderarem. Quo quidem tempore illud mihi fuit iucundissimū, quodd viderem, quoque quem ego alieniorem ab huiusmodi sententia habebam, meum relinquendi res propemodum perditas, & inuicem abeundi consilium, probari. Habebat autem nonnulla de consuetudine & disceptationis res: vtrum liceret homini hoc honoris titulo, partesque eas in Republica obtinenti & auctoritate dicentiae, quas longa iam aetas, & vsus rerum plurimarum adhibere, accedere a consilijs publicis, & ad priuatas cogitationes se referre. Quanquam, hoc quidem modo te propositum videretur esse excusatio, quae me vindicare a culpa & peccato posset. Quo quid homini, ea quae gerat, rectè atque ordine perire cupienti, posset accedere grauius? Exponamus igitur cauere alio modo, & ita quaeramus: vtrum licitum sit homini in alio munere publico & honore posito, cum aduersis omnium vobis videret nihil se proficere posse, quod ad Reip. pertinetat. Licet autem idem domi & priuatim praeclearas genere



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

actiones, in quibus versari & se exercere commo civium Reipub. queat: dimittere curas publicas, & ad privata studia se conferre quae praesertim nihilominus in publicam utilitatem natura esse videantur. Sic enim proposito statu causae, faciliorem explicatio verae rationis, & mei facti defensio. Nam si ego curam meam vilem esse Reipub. existimans, subtraherem me a negotiis publicis, & otii fruendi ac desidiae causa Urbem curiamque relinquerem, ne me ipso quidem iudice, a maximi criminis culpa essem absolvendus. Erenim quid cogitari potest iustius quam si quae habeas animi aut ingenii bona, quae in communi hominum utilitate elucere possint, ad eaq; exhibenda, tui honoris munere atq; officiosis obstrictus: non illa ad publica emolumenta converterere, sed querere tibi ipsi priuatim otium, cuius labor proficere ad plurimorum hominum fructum & commoditatem possit: Vera haec est ratio, neq; excusationem habet humani di voluntas. Sed si, quod res collapsae in suum ordinem & locum stituerentur, veraque regendi & gubernandi ratio a principibus nostris iniretur: neq; temeritati, & fortunae, cupiditateveque consultis permitterentur omnia, multa sepe a me & dicta & tractata sunt: nihilq; praetermissum, quod vel ad docendum, vel ad cohortandum vel ad rogandum etiam valeret: porro autem actus meae sint in Republica praeterquam sententiae dicendae, & consilii explicandi partes: quid facere debui, postquam omnia curatus, nisi me frustra, & laborare intellexi? An contra fluctum fluctumque (quod aiunt) nauigio tenui, remis velisq; contendere? Quod si spes aliqua tamen extitisset melius fore aliquando & sustineri, quorum imperium summum est & potestas, non praecipitantes profus & praerupte, sed cum timiditate tamen & cautione aliquando in ea consilia se commiserent, quae sunt & ipsis perniciose, & Republicae potuissent aliquandiu forsitan dolore pati, potuissent occasionem expectans dissimulare, quoad veniret tempus, in quo mei animi sententia, quae certe in hoc genere rectissima & clarissima est, possem operam ferre auxiliiniquae Reip. cum conatus meos, & labores omnes, quos pro illa susciperem, fore illi subdito, nec castros irritos existimare. Cum vero nostri principes, qui maxime tueri & regere Christianam Reip. deberent, nihil viderent sibi habere propositum, nisi exitum & euerisionem eorum ipsarum nationum, quarum praecipue salus a praepotente Deo illorum est & commendata, & credita: cumq; ea illi sola consilia exquirant, & appetant, quae sibi ipsis, omnia consideratione Reip. arbitratuque vtilia: (in quo falluntur quidem sed doctorem monitoremque non recipiunt) seseq; ita gerant, ut quasi mercede a Barbaris hostibus Christiani nominis conducti, operam illis ipsis in profigenda Christiana strenuam studeant nauare: quid me tandem agere co-

Spectator enim me communium miseriarum  
 spectare: Et esse tam ferreo animo praeditus, ut atrocitatem  
 illius spectari perferre possem? Qui enim mæror meus in cala-  
 mitate vos populorum, qui animi dolor esset? qui non mihi cor-  
 poris vel asperimus cruciatus, leuior tamen illa acerbitate acci-  
 dentibus cum in hoc communi tanquam nominis & generis no-  
 minis, omnes ferè non ad auxilium, sed ad direptionem  
 exierint, ego quoque particeps aliqua ex parte illius præde ef-  
 fererem? Et mihi prius mille mors acerba eueniat, quam ut il-  
 lorum calamitatem labemue vllam suscipiam: de qua ne cogitari  
 quidem posse sine scelere & parricidio ab homine vlllo puto. Er-  
 go quod vultis reliquum, atque solum, sumpsit mihi, & constituit  
 in vobis, ut mihi esse in ea loca, quod nec Pelopidarum nomē,  
 atque facta mea ad aures perlaberentur. Quod etsi non omni-  
 bus affertur, multas habeo tamen & iucundas à molestissimis  
 sollicitudinibus animi auersiones, quas mihi po-  
 tissimum præclara artium optimarum studia suppeditant. Et si  
 verum dicat: ego cum viderem multis & variis modis ac impu-  
 gnantibus labelactari rem religionemque Christianam: habe-  
 re eos tam hostes & externos & domesticos, qui hoc etiam dete-  
 rioris perniciosisque existunt, quod illi externi, bona hæc ter-  
 renæ huiusmodi caduca per seque interitura, nobis eripiunt: hæc  
 curam, & patriam illam beatam atque sempiternam conantur  
 eripere: nec ad vim hostilem reprimendam idonea sunt arma at-  
 que modica, ea principibus terrenis à Deo permissa sunt, si illi nu-  
 merum & voluntatem summi Dei voluerint attendere, quibus verò  
 præsertim in vobis opinionones, quæ in CHRISTI fidem veramque  
 de ipsius Dei religionem, magno cum omnium salutis beatæque  
 vitæ interitu & periculo, non diu antè irruerunt, coercentur  
 & mansuetur illa ego mihi sumo, & ad hoc opus saluberrimum  
 & utilissimum studium, operam, laborem, curam, diligen-  
 tiam, omnem omnem polliceor atque profiteor. Itaque si meis o-  
 peribus benignitas affuerit, opera ea sum esse eturus, quæ si nõ  
 ingratæ & numero, ac perspicuitate & intelligentia, certè  
 non in CHRISTVM nostræ mytheria ita apertam in lucem  
 prodiderit, ut velut magno illato lumine, facile sit futurum vni-  
 cuique, qui animũ modo æquum attulerit, ad cognoscendũ, inter  
 verum & falsum discernere & indicare. Quod meum consili-  
 um cum maxime ad commodum & summam Christianæ Rei-  
 publicæ utilitatem, eiusque ad partem illam tuendam fouen-  
 damque pertinet, quæ præcipue ægra, eademque nomini Chri-  
 stiano maxime salutaris sit: ego qui ex illis fluctibus in hunc por-  
 tum me recepi, & in eis commoror nunc locis, vbi plurimum il-  
 lum inquiri & prodelle queam, non deseruisse curam cogitatio-  
 nemque

nemque de Repub. sed illam nunc demum verè & vtiliter suscipere se sum existimandus. Sed, vt ad prima redeam: cum antea te duxissem, & virtutibus tuis multis, & etiam officiis erga me precatus: tum verò extremus iste congressus noster, prudentiam maximè mihi tuam & æquitatem animi probitatemque aperire. Tu enim, vidi, te & lugere eisdem Reip. casus, quibus ego afflicto: eodem animo appetere honestum otium, quo ego id sum concutus. Quod etià felicitus mihi obuenit, quam adhuc fortassis: magnum tamen præ se fert probi & sapientis animi indicium: illa enim di mens, quæ tædio malè rerum contractarum, & ærum sibi, & facultatem fruendæ libertatis querit. Quod libere cadere ferè iis, qui optimo ingenio & natura ingenua in luce editi, postquam diu versati in principum negotiis, aliquando prospexerunt, quam illa aliena tranquillitate animorum, vel potius inimica beatæ & iucundæ vitæ sit viuendi ratio: quippe etiam tota angustibus assiduis, maximisque sollicitudinibus, tanquam sentibus & spinis, intestinos sensus nostros lacerat atque cruciat: aut è vestigio si possunt, aut saltem pederentim & caute, sese laqueis & compedibus conantur exoluerè. Quæ cum in vestroque nostrum similis volutatis sit, eodemque ambo studio, optima & artibus & literis dediti simus, ad multas & graues nostræ coniunctionis mutueque beneuolentiæ causas, hæc quoque simillissimus & communium studiorum ratio, tam magni momenti pondus affert: vt ego amorem quem erga te suscepi, quoad vixero perpetuum sim seruaturus. Quod vt de me tibi pollicor, sic mirissimè de te persuado. Tu, si eiusdem tibi erga me animi cõsenties, id mihi literis tuis si declaraueris, facies rem mihi vehementer optatam atque gratam. Alфонsum Daualum, cuius ego virtutis nobilitatem, magnitudinem animi, mirissimè & culta & beneuolentia mea prosequor, vt saluere iubeas meis verbis, summèque me ab eo cupere diligere illi vt confirmes, magnopere à te peto. Vale. Capentora acti, Idibus Septemb. M.D.XI.III.

## VII

IAC. SADOLET. S.R.E. CARDIN. IOAN.  
Bernardo Feliciano S.P.D.

**E**T si in summa expectatione eram, post Rulli mei literarumque ad me de Appiano Alexandrino scripserat, illius libentissimè, meque in eo legendo explendæ cupiditatis, qua diu fueram huius egregii (vt ego sentio) scriptoris ipsius lingua cognoscendi, non me diocriter accensus: tamen non exiguum tractum eius more, quæ mihi afferebatur, tuas accepi literas: quæ, & qui tu verè felices, & quam beneuolentiam erga me suscepi, plane mihi indica-